414* Pontini (scilicet apud Nichesolam) VELSER. Deinde Veronae in museo philharmonico LISCA et REL. Ibi est sub n. 481.

DIss
PARENTIB ʋ
V·S·L·M ·
M · CENSOR ∽
TENET

Contuli et post Maffeium falsam iudicavi vel propter solam formam litterarum. Habent Velseriana f. 6; Lisca et Cozza p. 238; Maffei M. V. 177, 7.
S·C adieci ex Velserianis; hodie deest.

415* litteris antiquas non male imitantibus, sed nequaquam antiquis. Veronae apud Iustos LISCA; iam in museo philharmonico inter falsas n. 483.

sub arcu:

genio | iucunditatis | musis | floraeq | s

Contuli. Lisca et Cozza p. 241 (inde Spon. misc. 101); Maffei M. V. 177, 6, qui antiquam esse negavit recte. Recens tamen potius quam falsa.

416* Veronae in museo inter falsas n. 471.

× SALVS ×
ı ÆTER·R·P·POP·RON
ÆL·FLACVS·PRÆF·V

Contuli. Damnavit Maffei 177, 2 iure, nec recte tuetur eam Marini Arv. p. 263 n. 428.

417* arca antea Bardolini in hortis, nunc Gardae in silva comitissae Iuliae Torre Giuliari GIULIARI.

· MA · M
PARDALI · PVELLA · TENERIMA
AVLETIS · REGS · FILIA
BENACENSES

Barth. Giuliari ms., qui citat Filiasium *de' Veneti primi e secondi* p. 189. 192.

418* litteris ad antiquas satis accurate expressis. Veronae in hortis Giusti LISCA (1648) ibidemque adhuc.

d. m | ipsithillae | dulcissimae | c. ualerius | catullus | leporibus suis | moerens p

Descripsi. Habent Lisca et Cozza p. 240; Malvasia p. 503 ex Lisca; Blanchinius cod. bibl. capit. Veron. 353 f. 31; Maffei M. V. 190, 7 qui damnat; Orti *giard. Giusti* p. 53.

419* Veronae dicitur rep. esse in theatro antiquo servaturque ibidem.

CoESARE
AVGVSTO
IMPERANTE

Vidi; fictam esse apparet evidentissime, scilicet ut confirmaretur opinatio recepta de epocha theatri Veronae facti. Ed. Pinali *scavi del teatro Veron.* (Mediolani 1845) p. 16.

420* *pietra squadrata anticamente, ma le parole sono intagliate di recente* RAZZ. Ad S. Mariae in Pozzetto.

ioui | o m

Razzetti f. 2.

421*—423* tituli falsi Veronae in domo Gazzola.

421* P·AELIVS
VETVSTINVS
MIL·LEG XI

422* C·FABIVS
C·F·PVBLI
VERONA
MILES LEG
VIIII HISP
HS B

423* DE AE
DIA NAE·
SACR
VAL
SEVERVS

Descripsi.

424* *sc operta 1825 presso Chiesa-nuova o Frizzelane, frazione di Bosco, alle falde dei monti Lissini, provincia di Verona* ASQUINI, addens apparere ex chartis Frizzelane olim dictum fuisse Forum Iulium. Meo iussu titulus loco indicato quaesitus est frustra neque quemquam indigenarum notitiam eius habere amici testantur.

q · GAVIO · Q · *f*
*p*OB · PRINCIP*i*
*ii*IIVIR · VERON*ae*
*e*Q·PVB·LAVR·L*au*
*pra*EF · COLL*eg*
*fa*BR · ET · DEN*dr*
*p*AGANI · PA*gi*
*fo*RO · IVLIE*ns*
*p*ATRON*o*

Asquini *Forogiulio* (1827) p. 11 dedit aere expressam, pendentque ab eodem reliqui, ut Venturi *stor.* (1825) 1, 194 et Orti *Poligrafo* 15 (1833), 310=*antica consol. iscr.* p. 11, qui Asquinium citant, et Labus apud Orellium (1828) 2177 et *marmi Bresc.* p. 4, nomen auctoris ut solet celans. A prioribus Henzen 5113.

425 Prun (Val Policella).

l. caecilius c. f | pob. carbo | ui̅. uir. aug | praef. i. d | quintiae. l. l | gratae | u. l

Asquini *lettera sopra un vecchio sigillo* (1826) p. 16 hanc et n. 3524 affert utpote ineditas ambas *'prese dai codici di Fra Giocondo e di Felice Feliciano'*. Quarum altera vere extat in libris indicatis, quos versavisse Asquinium constat, altera in iisdem non reperitur et ficta est omnino ab ipso Asquinio. Sigla in fine explicat auctor *v(ivus) l(egavit)*.

426* Titulos adhuc servatos in crypta S. Zenonis episcoporum Agapii (Panvin. p. 104; Grut. 1049, 4); Euprepii et Cricini (Panvin. l. c.; Grut. 1052, 5); Proculi (Panvin. p. 107; Grut. 1058, 3; Maffei Ver. p. 166. 210 inscr. n. 42; Mur. 1929, 6); Verecondi (Panvin. p. 119; Grut. 1061, 1; Maffei Ver. p. 255 inscr. n. 63; Mur. 1955, 3) omisi eapropter, quod ad aetatem Romanam non ascendunt. Videatur Ortius *antica basilica di S. Zenone* p. 23 seq.

427* Similiter titulum hunc, quem Veronae collocat APIANUS:

sponte fui pauper tam re quam nomine foelix
quaesiui nomen quaerat auarus opes

relatum apud Apianum 327, 1 (inde Smet. 171, 5; Grut. 911, 15; Burmann anth. 4, 17 adhibitis item codicibus Meermanniano et Bucheliano; Meyer anthol. n. 1571) repperi in cod. Belloniani parte posteriore f. 81 (inde Mur. 1806, 4) subiunctum epitaphio Felicis Feliciani Veronensis (vide Mur. l. c.) cum praescriptione 'eiusdem'. Recentis poetae esse dudum viderunt viri docti.

428* Ex titulis errore relatis ad Veronam agrumve Veronensem neque hoc volumine comprehensis paucos selegi hos; nam omnes adnotare nec finem habuisset neque utilitatem.

1. *numini Mercur. sacr. P. Licinius Saturninus p. s. f.* titulum adhuc servatum Maceratae repperi apud Gammarum sine loci indicatione, sed ut praecedat loci indicatio Cyriacana de Helvia Ricina ipsa, ad quam pertinuit, inscriptione omissa, sequatur Argiva; item tributum Colognolae apud Saraynam Lat. f. 51', Ital. f. 74 (inde Grut. 54, 12, Panvinius Ver. p. 233, Palermus Plin. p. 50 aliique auctores Veronenses) in serie male locatarum, ubi item paullo post sequitur Argiva illa.

2. *L. Septimio Liberali* Grut. 1100, 6 Ariminensis in codice Rediano male refertur inter Veronenses n. 102.

3. *d. m. Mitrius pius* quem dedi inter Salonitanos falsos vol. III n. 126*, eum Schradaeus mon. Ital. f. 334 adscribit Veronae.

4. *L. Iuent. Ianuarius* titulus urbanus relatus in epigrammatis Mazochii f. 173 legitur apud Manutium in orth. 450, 2 loco nullo praescripto post Colognolensem n. 3224, unde errore Grut. 876, 8 eum collocat Colognolae.

5. *Quart. Annius Quar. f. Pobl. Saturninus Verona* titulus Ligorianus ab auctore collocatus in urbe ad portam Capenam (Don. 6, 75; Spon. p. 203; Fabrett. 24, 108; Orell. 2720; Kellermann vig. p. 33 not.) a Muratorio 779, 3 male exscribente Maffeium ponitur Veronae.

6. *L. Licinii Anterotis* titulus Mur. 1477, 6 urbanus est servatus in villa Altieriana meroque errore relatus inter Veronenses.